



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Sybillा mira ad Catholicos conuersio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

celebritatis, ac famæ Sybilla Ebersteina ex præclarâ Comitum stirpe oriunda Marco Fuggero nupta. Hanc in Lutheri deliramentis à pueritia enutritâ, vt est muliebre ingenium primè instructionis apprime tenax, nullis Marcus vir eius, nullis socer, cognatiq; & affines alij orthodoxi precibus, blanditiis, pollicitationibus, seu qua alia arte dimouere ab exitiali errore potuerant. Vbi verò Canisij nomen Augustæ iam celebre fiebat ita refugiebat ab eo, vt nunquam audire homini ac ne videre quidem voluerit. Ita obstinatae diuina bonitas singulari succurrit ope. Ipsa Canisij species oblata est quiescenti, admonens, & cohortans vt animæ saluti consuleret: à fallaci superbarum nouitatum errore, ad rectum Ecclesiæ sanctæ, & seculis ante tritum omnibus callempre graderetur. Ea specie, atq; cohortatione perculsa diuinumq; esse id monitum statuens, Canisium postero die accersit. Nulla fuit ei cunctatio, sed fortè ita evenit, vt dum ipse à Marco Fuggero comiter exceptus officiosos inter sermones lento deducitur, comes eius in conspectum Sybillæ veniret. Et illa hioīem intuita, conferens speciem, cum simulacro, quod mente gerebat, statim animaduertit,

Sybilla mira  
ad Catholicos  
conuersio.

uerit haud quaquam esse, quem in somnis vidis-  
set. At ubi protinus vnà cum Marco Canisius ap-  
paruit, agnita oris figura, Hic verò est, inquit, quē  
expetebam, cuius mihi secundum quietem ima-  
go visa. Tradidit ergò sese disciplinæ eius, & facta  
paucis diebus catholica, hunc è vetere pertinacia  
fructum capiebat, quod nullis à viro, soceroque,  
& aliis de sententia præmiis esset deducta, ne Chri-  
stum, ac fidem auro, gemmisque vendidisse di-  
ceretur: aut inde postea sibi de religione tanquā  
minus recto studio commutata morsus consciē-  
tiæ resideret. Et ipsa perinde, atque Ursula, non  
Catholica modò sacra perdidicit, sed Beati quo-  
que Ignatij meditationibus erudita toto pietatē  
animo capessiuit. Dedit operam primum, vt do-  
mum suam penitus Lutherana purgaret sece: de-  
inde vt alios quoque vel ad Catholicorum partes  
adduceret, vel iam Catholicos ad exactam proue-  
heret pietatis custodiam. Eadem vestium suarum  
pretiosissimas in sacram supellectilem conferre:  
largam in egentes, præsertim tenuiores Scholasti-  
corum distribuere stipem; locupletibusque Ma-  
tronis ad eandem benignitatem hortatrix assi-  
dua esse. Longum in precibus, longum in tem-  
plis

plis, reuerentia spectanda, versari: diuina octauo  
quoque die instaurare mysteria: ante omnia dis-  
ciplinam domesticam sanctissime, & pacatissime  
regere. Quibus institutis breui non modotoia  
Augusta celebrari coepit, verum etiam apud suum  
coniugem Marcum, & caritatem maximopem  
auxit, & venerationem; rarae que virtutis opinio-  
nem adepta est. In eunte anno seculi eius primo  
& sexagesimo ab Hæresi conuersa est; moxque ali-  
atque alij consequuti viri feminineque; quod mu-  
torum retro annorum memoria nunquam eu-  
nerat. Quo in numero cum haud plebei solum  
sed & nobiles ac prædiuites minimè pauci speci-  
rentur, scilicet ex horum splendore causæ quo-  
religionis splendor, & auctoritas accedebat.

Ad hæc pariter cum viua Ecclesia renouabantur etiam sacra templa, & ornabantur restitutis  
quaæ impius Iconoclastarum eripuerat furor, vic-  
tricibus venerandæ Crucis trophæis, & aliis reli-  
gionis insignibus. Diuinissimo quoque Eucha-  
ristiæ Sacramento religiosus, ac nobilis appara-  
tus additus erat: denique noua passim rerum faci-  
es Augustam visentibus occurrebat. Egit sacer in-  
terpres tractatibus multis de verbo Dei, quo uno  
maxi-

*Restorescit Au-  
gusta religio.*

*Ratio concio-  
nandi Canisij.*